longius abeſſe. Legati ut erat mandatum ſupplici habitu uoceq; & uerbis: ueniam pacemq; popoſcere. Cum eos ille ſuperbo atq; inſolẽtiori ſupcilio accepiſſet: ad pacẽ ne: an ad deditionẽ ueniſtis o ueneti? Quũ ad pacẽ illi reſpõdiſſent: q̃ ęquã iudicaret. Rex reſpõſo cõmotus: ad deditionẽ inqt euocaui: nõ ad paciſcendũ: ꝓinde abite: ac ueſtris renũciate: pęnas ſupbię ſtatĩ daturos: Qui noſtrã totiens cõtempſerint miſericordiã. Inde aduolare iubet oĩa eius orę nauigia: Bellum nauale q̃ maximum poteſt parat.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

u Eneti & præcipue inſulares: iã ab initio quum primum eſt allatũ Pipinũ littora cõſcendiſſe ignari quouſq; eẽt ꝓgreſſurus: parauerant ſeſe ad pręliũ dimicãdiq; fortunã: ſi forte trãſmiſſionẽ ĩ inſulas tentaret. Veriti ſiqdẽ ne id accideret: plurimas ꝑ id tporis naues edificãdaſ uetereſq; reficiẽdas curauerãt. Accincti oẽs uelut ad repellẽdũ cõmune excidium. Duabus in rebus ſpeſ erat oĩs: tũ ĩ nauiũ agilitate: quibus longe preſtabãt: tũ in pitia ſcientiaq; locorum: & pręſerti canaliũ ut ſupra diximus errantiũ. Aĩati uiam prius ꝑ ſanguinẽ & corpa hoſtilibus prębere armis: q̃ ſinere ut pedem in Riualto ponãt. Primũ oĩum Venetis fuit placare deũ: & ipſius ueniam expoſcere: aliquot dierũ ſupplicationibus ꝑ oĩa delubra araſq;. Patriarcha cleruſq; oĩs ſacrificia ſolennia inſtituit. Matronę & puellaris ętas circumire delubra ubi cõditę reliquiæ ſanctorũ: uotis ieiuniiſq; opem exalto petere. Inq; ea maximã uictorię ſpem collocare. Tribuni & Magiſtratus a curia dies nocteſq; nõ diſcedere: & quæcũq; paranda agẽda inſtruendaq; ſunt impare. Cęteros quidem canales: præter eum ꝑ quẽ agenda gallica erat claſſis: Quibus poſſunt obicibus: tum pallationibus: tum demerſis nauibus ſaxorum plenis muniũt: ne circumagi hoſtis a tergo poſſit. Palos quos indices ſeu metas diximus: qua uenturum hoſtem ſuſpicantur: ex uadis tollunt. Vt eorum inſc entia: uiam hoſtis tenere non poſſit. Naues ita diuidunt: primam aciem minoribus nauibus inſtruunt ad laceſſendum turbandumq; hoſtem. Maiores & quas ad portum in anchoris locatas ſuperius docuimus: caſtellis: & propugnaculis inſtructas: pro tempore accerſunt. Proximę enim erãt: & quaſi ſtatariã aciẽ in canali: per quod hoſtes tendere decreuiſſe ferebatur: ordĩe inuicẽ uinctos ſtatuũt. Dum ueneti ad certamẽ ſe parãt: nõ ſegnior pipinus naues q̃ſcunq; põt ut diximus undecunq; conuocat ad trãſmittendũ: ꝙ nõ ſine ingẽti dedecore fore uidebatur: ſi italię rex tã parua territus trãſmiſiõe retrocederet. Cõuenere naues maxima ex pte fluuiatiles: latioribus & planioribus carinis & quidẽ ſatis aptę indirectũ ferri ſurſum deorſum ue. Verti uero & in hãc aut illã ptẽ flecti neſcię: Impleuit eas militibus: qppe capaciſſimas: ĩ quorũ multitudĩe roboreq; oĩs illi erat ſpes. Claſſis uenetę pręfectus cui uictori nomen fuit victor tranching classis dux